

Ordo AMBROSIANUS.

According to the older sources, the priest recites Psalms 50 and 42 on the way to the altar.

[In the later Missals, he then says: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. R. Amen.

S. Introibo ad altare Dei.

M. Ad Deum, qui laetificat iuventutem meam.

S. Confitemini Domino, quoniam bonus.

M. Quoniam in saecula misericordia eius.

Confiteor Deo omnipotenti, beatam Mariam semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistae, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum..

The Ministers respond. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam.

S. Amen.

Then the Ministers repeat the Confiteor.

S. Indulgentiam, absolutionem et remissionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens, et misericors Deus.

R. Amen.

S. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum terram.

S. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in saeculum.

Bowing, he says secretly:

Rogo te, altissime Deus Sabaoth, Pater Sancte, ut pro peccatis meis possim intercedere, et adstantibus veniam peccatorum promereri, ac pacificas singulorum hostias immolare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Approaching the Altar, he says secretly :

Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiae hic sunt, et omnium Sanctorum: ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

Then he blesses the incense and censes the Altar. The Deacon, taking the thurible from him, censes only the Priest.

Then at the Epistle corner, crossing himself, he reads the

INGRESSA

(Entrance chant), which is in the Proper of the Mass.

After the Ingressa, he says Dominus vobiscum but without turning to the congregation.

R. Et cum Spiritu tuo.

If the Gloria is to be said, it follows here:

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex caelestis: Deus, Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, Ihesu Xpice, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,. Qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris: miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus altissimus. Ihesu Xpice. Cum Sancto Spiritu: in gloria Dei Patris. Amen.

Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Here follows the "Oratio super Populum", one or more prayers, as the rubrics specify. Their number is generally uneven, and not to exceed nine; and every Mass has four Prayers, namely "Super Populum", "Super Sindonem", "Super Oblatam", and "Post-Communion".

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Before the Prophecy, the Reader asks a blessing: Jube domne benedicere. Blessing: Prophetica Lectio sit nobis salutis eruditio. But if the Prophecy is from the New Testament, the Blessing is as follows: Apostolica lectio sit nobis salutis eruditio.

Then the Prophecy is read.

This is followed by the Psalmulus sive Psalmellus, corresponding to the Gradual (Prokeimenon).

The Reader asks a blessing for the Epistle: Jube domne benedicere. Blessing: Apostolica doctrina repleat nos gratia divina.

The follows the Epistle. After this is sung the Alleluia and its Verse, or else another chant as prescribed by the rubrics.

Prayer before the Gospel:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nunciare. Per Christum Dominum nostrum.

Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

The Deacon, signing his forehead, lips and breast, says :

Lectio Sancti Evangelii secundum N.
R. Gloria tibi, Domine.

The Deacon asks a blessing: Jube domne benedicere. Dominus sit in corde tuo, et in labiis tuis: ut digne, et competenter annuncies Evangelium suum, in nomine + Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

After the Gospel reading, the Response: Laus tibi, Christe.

Then the Priest says: Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Then he reads the Antiphona post Evangelium (variable).

Pacem habete.
R. Et cum spiritu tuo.

Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Hands extended, he says aloud the Oratio super Sindonem, that is, over the unfolded cloth.

After the Oratio Super Sindnem, the Priest, taking the Paten with the Host, offers it, saying,

Suscipe clementissime Pater hunc panem, sanctum, ut fiat Unigeniti tui Corpus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Then he pours wine into the Chalice, saying :
De latere Christi exivit sanguis,

And adding water, he continues:
Et aqua pariter. In nomine Patris + et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

He offers the Chalice, saying:
Suscipe, clementissime Pater, hunc calicem, vinum aqua mixtum, ut fiat Unigeniti tui sanguis. In nomine Patris + et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Having placed the Chalice on the Corporal, and covered it with the Pall, he says with hands joined and placed on the Altar, inclining profoundly :

Omnipotens, sempiterna Deus, placabilis et acceptabilis sit tibi haec oblatio, quam ego indignus pro me misero peccatore et pro delictis meis innumerabilibus tuae pietati offero, ut veniam et remissionem peccatorum meorum mihi concedas, et iniquitates meas ne despexeris, sed sola tua misericordia mihi prosit indigno. Per Christum Dominum nostrum.

Then standing with hands extended, he continues:
Et suscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus pro regimine et custodia atque unitate catholicae fidei et pro veneratione quoque beatae Dei genitricis Mariae omniumque simul Sanctorum tuorum, et pro salute et incolumitate famulorum famularumque tuarum et omnium, pro quibus clementiam tuam implorare polliciti sumus et quorum quarumque eleemosynas suscepimus: et omnium fidelium Christianorum, tam vivorum quam defunctorum: ut te miserante, remissionem omnium peccatorum et aeternae beatitudinis praemia in tuis laudibus fideliter perseverando percipere mereantur, ad gloriam et honorem nominis tui, Deus misericordissime rerum Conditor. Per Christum Dominum nostrum.

On Sundays and great Feasts, he adds another, similar, Prayer:

Suscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus in memoriam Passionis, Resurrectionis, et Ascensionis Domini nostri Jesu Christi: et in honorem omnium Sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi, et eorum, et quorum hic nomina, et reliquiae, habentur: ut illis sit ad honorem, nobis autem ad salutem: ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris. (*Joining his hands*): Per eundem Christum dominum nostrum.

Holding his hands extended over the Holy Gifts, he says:

Et suscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem pro emundatione mea, ut mundes et purges me ab universis peccatorum maculis, quatenus tibi digne ministrare merear, Deus et clementissime Domine.

He blesses the Gifts, continuing:

Benedictio Dei omnipotentis Patris + et Filii et Spiritus Sancti copiosa de coelis descendat super hanc nostram oblationem: et accepta tibi sit haec oblatio, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterna Deus, misericordissime rerum Conditor. Amen.

The Offerenda, or Offertorium, is sung.

The Priest censes the Altar and the Oblations, saying:
Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo: elevatio manuum mearum, sacrificium

vesperinum. Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis: ut non declinet cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis.

As he gives the Censer back to the Deacon, he says ,
Ecce odor Sanctorum tanquam odor agri pleni, quem Deus benedixit.

Here he reads the Offertory chant, in the Proper. Then extending and joining his hands, he says:
Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Now is said the Creed, if it is to be said, as on all Sundays and Feasts.

Symbolum Constantinopolitanum:
Credo in unum Deum. Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae: visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Xpictum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo: Lumen de Lumine: Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis, Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato: passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos: Cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam: et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

He says in a clear voice, one or more Orationes super Oblata.

At the conclusion of the last Prayer, he says:

Per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

Praefatio:

Vere quia dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper hic, et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus: * per Christum Dominum nostrum. ** Per quem majestatem tuam laudant Angeli,

venerantur Archangeli: Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, et Potestates adorant. Quem Cherubim, et Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis.
Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

(Every Mass has a Proper Preface, inserted in the above at the asterisks. Some have other conclusions, as follows:

* Per eundem Christum Dominum nostrum.

Or: Quam laudant Angeli, venerantur...

Or: Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis ac Dominationibus, cumque omni militia coelstis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

Or: Propterea cum Angelis et Archangelis, cum Thronis ac Dominationibus, cumque omni militia coelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

Or: Unde profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat: sed et supernae Virtutes, atque angelicae concinunt Potestates, hymnum gloriae tuae perpetim sine fine dicentes:

Or: Quem una tecum, omnipotens Pater, et cum Spiritu Sancto laudant Angeli, venerantur Archangeli: Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus et Potestates adorant. Quem Cherubim, et Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus...

Here the Canon begins.

Te igitur clementissime Pater per Iesum Christum, Filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas et benedicas haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata: Imprimis quae tibi offerimus pro ecclesia tua sancta Catholica, quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum una cum famulo tuo Pontifice nostro N. et famulo tuo N. Imperatore nostro, sed et omnibus orthodoxis atque catholicae et apostolicae fidei cultoribus.

Commemoration for the living.

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est et nota devotio, pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt

hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suae tibi reddunt vota sua, aeterno Deo, vivo et vero.

Infra actionem (within the Canon).

Communicantes et memoriam venerantes in primis gloriosae semper virginis Mariae, genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi : sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Iacobi, Philippi, Bartholomaei, Matthaevi, Simonis et Thaddaei: Xysti, Laurentii, Hippolyti, Vincentii, Cornelii, Cypriani, Clementis, Chrysogoni, Ioannis et Pauli, Cosmae et Damiani, Apollinaris, Vitalis, Nazarii et Celsi, Protasii et Gervasii: et omnium Sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque concedes, ut in omnibus protectionis tuae muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae quaesumus, Domine, ut placatus accipias diesque nostros in tua pace disponas atque ab aeterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum.

Quam oblationem, quam pietati tuae offerimus, tu, Deus, in omnibus quaesumus bene + dictam, adscri + ptam, ra + tam, rationabilem acceptabilemque facere digneris, ut nobis Cor + pus et San + guis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Iesu Christi.

Here he purifies his consecrated fingers.

Qui pridie quam pateretur accipiens panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in coelum ad te Deum Patrem suum omni potentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite et manducate ex hoc omnes.

Hoc est enim Corpus meum, [quod pro vobis confringetur].

Simili modo postquam coenatum est, accipiens Calicem, elevavit oculos ad coelos ad te Deum Patrem suum omnipotentem: item tibi gratias agens (*holding the Chalice in his left hand, blessing it with the right*) benedixit + deditque discipulis suis dicens:

Accipite, et bibite ex eo omnes. Hic est enim Calix sanguinis mei, novi et aeterni testamenti, mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

He sets down the Chalice, and at once rubs the tips of his first fingers over it. He continues:

Mandans quoque, et dicens ad eos: Haec quotiescunque

feceritis in meam commemorationem facietis, mortem meam praedicabitis, resurrectionem meam annuntiabitis, adventum meum sperabitis, donec iterum de coelis veniam ad vos.

Extending his hands in the form of a cross, he continues:

Unde et memores sumus, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatae passionis, nec non ab inferis resurrectionis, sed et in coelos gloriosae ascensionis: (*joining his hands*) offerimus praeclarae maiestati tuae de tuis donis, ac datis (*here he signs over the Gifts together three times*): Hostiam + puram, hostiam + sanctam, hostiam + immaculatam, (*then once each over the Host and the Chalice*) Panem + sanctum vitae aeternae, et Calicem + salutis perpetuae.

Then extending his hands before his breast, he says:

Supra quae propitio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel et sacrificium patriarchae nostri Abrahae et quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Then with joined hands, bowing deeply:

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: jube haec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum in conspectu divinae maiestatis tuae, ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem sumpserimus, omni benedictione coelesti et gratia repleamur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Commemoration of the Departed:

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum N. et N., (*Here he joins his hands, and prays for those departed that he wishes to. Then, with extended hands he continues:*) qui nos praecesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Ipsius, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas deprecamur. (*Joining his hands and bowing his head*): Per eundem Christum Dominum nostrum.

Striking his breast, and with a slightly raised voice:

Nobis quoque minimis, et peccatoribus (*the rest in a lower voice*) famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus: cum Ioanne, Stephano et Andrea, Petro, Marcellino, Agnete, Caecilia, Felicitate, Perpetua, Anastasia, Agatha, Euphemia, Lucia, Apollonia, Iustina, Sabina, Thecla, Pelagia atque Catharina, et omnibus Sanctis: intra quorum

nos consortium, non aestimator meriti, sed veniae, quaesumus, largitor admitte. (*Joining his hands*) Per Christum Dominum nostrum.

Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas, (*he signs three times over the Host and the Chalice together, saying:*) sanctificas, vivificas, benedicis et nobis famulis tuis largiter praestas ad augmentum fidei et remissionem omnium peccatorum nostrorum. (*He uncovers the Chalice, and bows, saying:*) Et est tibi Deo Patri omnipotenti

(*Standing erect, he takes the Host with his right hand: and holding the Chalice with his left, signs with the Host three times over the Chalice from edge to edge, saying*)

ex + ipso, et per + ipsum, et in + ipso, omnis honor, virtus, laus, gloria, (*He holds the Host with his left hand over the Chalice, and with the right hands taking the Paten between the index and middle fingers, signs three times over the Host and Chalice, saying*) +imperium, +perpetuitas et +potestas, in unitate Spiritus Sancti (*Setting down the Paten at the foot of the Chalice towards himself, he elevates the Host a little, saying aloud:*) per infinita saecula saeculorum.

R. Amen.

He divides the Host down in the middle, holding it over the Chalice, saying:

Corpus tuum frangitur, Christe, Calix benedicitur.

He places the particle which is in his right hand, on the Paten. From the other particle, which is in his left hand, he extracts a part, saying:

Sanguis tuus sit nobis semper ad vitam et ad salvandas animas, Deus noster.

Then he places the particle which is in his left hand, on the Paten; and that part which he meanwhile holds in his right hand over the Chalice, signing with it, he drops into the Chalice, saying: Commixtio + consecrati Corporis et Sanguinis Domini nostri I. C. nobis edentibus et sumentibus proficiat ad vitam et gaudium sempiternum.

He covers the Chalice, bows, rises, and says the Confractorium (in the Proper of the Mass).

At once he continues: Oremus.

With hands joined:

Praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere:

Hands extended:

Pater noster, qui es in coelis. Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et

dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

The Priest says: Amen.

Then, signing himself + he continues aloud:

Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, praeteritis, praesentibus et futuris; et intercedente beata et gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo atque Andrea et beato Ambrosio Confessori tuo et Pontifici, et omnibus Sanctis tuis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

He crosses himself + with his left hand on the Corporal, saying:

Pax et communicatio Domini nostri Jesu Christi sit semper vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Then the Deacon, or the Priest himself, says:

Offerte vobis pacem.

R. Deo gratias.

[*Agnus Dei is said *only* in the Requiem Mass*].

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis: et fac me tuis semper inhaerere mandatis, et a te nunquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Perceptio Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere praesumo, non mihi proveniat in iudicium et condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis et ad medelam percipiendam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Panem coelestem accipiam et nomen Domini invocabo.

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed dic tantum verbo, et sanabitur anima mea.

Corpus Domini nostri Jesu Christi proficiat mihi sumenti et omnibus, pro quibus hoc sacrificium attuli, ad vitam et gaudium sempiternum.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero.

Deo gratias, Deo gratias, accepta Christi munera sumamus Dei gratia non ad iudicium sed ad salvandas animas, Deus noster. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto: sicut erat in principio, et nunc et in saecula saeculorum. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dextram Patris. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In the Ambrosian Rite the Priest, administering Holy Communion, says,
Corpus Christi. *Response:* Amen.

In the Epistle corner he says the Transitorium (from the Proper of the Mass).

Dominus vobiscum.
R. Et cum Spiritu tuo.

Here follows the Postcommunion (Proper).

Dominus vobiscum.
R. Et cum Spiritu tuo. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.
In the middle of the Altar he crosses himself, saying:
Benedicat et exaudiat nos Deus.
R. Amen.

The Deacon, or otherwise the Priest, says:
Procedamus in pace.
R. In nomine Christi.
Benedicamus Domino.
R. Deo gratias.

The Priest, profoundly inclining before the middle of the Altar, with joined hands, says:
Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meae: et praesta ut sacrificium, quod oculis tuae maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihi que et omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

He blesses the congregation, saying : Benedicat vos divina maiestas, Pater + et Filius + et Spiritus Sanctus +.
R. Amen.

On feasts of Saints, the Saint of the day is commemorated, e.g. Precibus et meritis B. Pontificis et Confessoris Ambrosii Deus vos benedicat + et perducatur ad gaudia paradisi. R. Amen.

Then he reads the beginning of the Gospel of St. John.

Many thanks to Archpriest John Shaw of the Russian Orthodox Church Outside Russia, for the typing of this Ordo.